Fragmentarium

…tus de camino dixit;
… accepit et pene
…dentes dixit. Ro
…iussa minime lig
…t camini. Sanctus
…n iurim. Hec autem
…nfusus et illumina
…nem. ait marcianus;
… respondit. O cor
…tiones quia imple
…dono tuo ad nichi
…ibus male tractat9
…di dicor. Siquidem
…dixit. Per deos omnes.
…dit. Odibilis deo
…ias. magis autem
…mplici commenta
…ista loquatur. Sanctus
…iali precepto. ceci
…phis comminationibus.
… supra modum
…i omnes ciues roma
…circuitum. uniuer
…honorem serapis.
…undari precepit.
… marinum qui se
…immolari. serapi
…ladium et agnam
…marinus respici
…diis. ostende qui
…iores hodie quam
…quis sit maior deus.
… Sacrifica ergo

Si plenius a me requiris. maiorem serapi et cronidi non inuenies. Ma
rinus respondit. Ecce iureiurando dixisti. eo quod non sunt maiores horum
deorum. Tunc marcianus imperator dixit. Sacrifica ergo iam nunc. Beatissimus
autem marinus flectens genua a prima usque ad secundam horam. inuocat
omnium patrem deum. Et exurgens ab oratione. ita dicens [alt.] Gratias tibi
ago domine glorie. qui fecisti celum et terram propter tuam bonam uoluntatem. os
tendens te bonum artificem. et misericordem et iustum. Et nunc exaudi ser
uum tuum deus. et solue stimulos diaboli. ut tua gloria manifestetur in secula.
et edificentur muri ihrlm. Consummata autem oratione. ita ait. Ruant
hii omnes dii. Cumque hec dixisset tacuit. Et statim ruerunt serapis et chro
nides. et omnes dii. et facti sunt uelut puluis. Videntes autem hec omnes po
puli ciuitatis romane: exclamauerunt dicentes. Vere magnus est
[Beatissimus autem marinus dixit imperatori]
deus christianorum. Quibus me iubes immolare? Marcianus imperator dixit. Ex
multo desiderio tuo exulcerati sunt dii. et ruerunt. Surgent uero. et
adorabis eos. Sanctus uero marinus ait. Iube me ligari et custodiri in hoc loco
a ministris tuis. ut maneant hic mecum ~~ut uideant~~ et uideant si re
surgent dii tui. Marcianus autem respondit. Sic nunc precipio te
discedere ab hoc loco. ut mane ueniens uideas eos stantes. Beatissimus mari
nus ait. Scio et certus sum quod multos habeas preparatos lapideos deos.
ut noctu hos auferens alios preponas statuas. Videns autem se derideri a
sancto martyre. iratus ualde ait ad eum. Per deos omnes. ut nequissimum male
te disperdam. Sanctus marinus respondit. Inmundissime et insipiens. per quos
deos iurans hec michi comminaris. aut ignoras quod destructa sit pote
stas patris tui qui dicitur satanas. et omnes dii tui ad nichilum redacti
sunt inuocato nomine dei mei. Et nunc quibus iubes me immolare?
Marcianus imperator oppressus multa confusione. iratus uehementer iussit
eum decollari. Audiens uero hec sanctus marinus. exultans in domino ita ait. Ve
ni pater glorie. et accipe caput pueri tui. Ecce enim cursum consum
maui. pretio nomine christo donante. et gloriosum finem. Et nunc precor
sancte pater. suscipe animam serui tui uenientis ad te. Tunc pater sancti marty
ris. uidens eum duci ad occisionem. scidit uestimenta sua. et imposu
it cinerem super caput suum. et ita aiebat. Qualis senectus me inuenit?
uel quale spectaculum consideraui? Melius erat mihi [illegible] cum haberem

License: cc-by-nc-sa – Paris, Bibliothèque nationale de France, lat. 5288, 30r – Fragments of manuscripts gathered by Étienne Baluze (https://fragmentarium.ms/view/page/F-k57p/418/36980)